

1222.

[m. 1.]

*De prioratu Sancte Trinitatis, London.* Et mandatum est omnibus militibus, libere tenentibus et aliis de prioratu Sancte Trinitatis, London, quod fratri Ricardo de Templo, electo Sancte Trinitatis, London, intendentes sint et respondentes, tamquam domino suo, in omnibus que ad prioratum pertinent, quia dominus rex adhibuit assensum regium et favorem electioni de fratre Ricardo facte. Teste H. etc. apud Westmonasterium, xxv die Octobris, anno regni domini regis vj. Per eundem.

*De abbacia de Burgo.* Dominus rex commisit Radulfo de Norwico, et Ricardo filio Umfridi, clericis, abbaciam de Burgo vacantem, custodiendam quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est omnibus militibus et liberis hominibus et aliis tenentibus de predicta abbacia quod eis in omnibus que ad dictam abbaciam pertinent intendentes sint et respondentes. Teste H. etc. apud Westmonasterium, xxvij die Octobris, anno regni domini regis vj. Per eundem.

*De presentacione.* Johannes de Pavilli habet litteras de presentacione ad ecclesiam Sancti Petri, Norhamtun, que vacat et est de donacione domini regis, directas episcopo Lincolniensi. Teste H. etc. ut supra. Per eundem. Anno regni domini H. regis sexto.

## JUSTICIARII.

1221.

[m. 6d.]

Gilebertus Talebot, Ricardus Pancefot, Willelmus de Colevill, et Hugo de Fraxino [*the last three names are written in place of 'Jordanus de la Wik, Henricus de Penebrug, Henricus Ruffus', which have been cancelled*], attornati sunt justiciarii ad capiendum assisam in crastino Sancti Hyllarii apud Hereford, quam W. archidiaconus Herefordensis aramiavit versus Stephanum de Ebroicis de quodam stangno levato in Waya ad nocumentum liberi tenementi sui in Berstanesham.

Eodem modo scribitur eisdem de assisa capienda de cursu cujusdam aque diverso in Igene, predictis die et loco, quam idem Willelmus aramiavit versus Willelmum de la Pip, et Willelmum filium Stephani.

[*The last entry cancelled.*] 'Quia non diverterunt cursum.'

Et de quodam stagno quod predicti Willelmus de la Pip, et Willelmus filius Stephani levaverunt in suburbio Herefordie, ad nocumentum liberi tenementi ipsius Willelmi archidiaconi, in Berstanesham.

Et de diversione cursus cujusdam aque a Roberto Stoneigh in Igene, ad nocumentum ipsius archidiaconi in Berstanesham.

Et mandatum est vicecomiti Herefordie quod assisas illas coram eis venire faciat.

Mauricius de Aundely, David de Esseby, Walterus de Pat[eshull], et Ricardus Gubiun attornati sunt justiciarii ad assisam capiendam in octabis Sancti Hyllarii apud Norhamton, inter magistrum Bernardum personam de Charweltun et abbatem de Betlesden de quodam fossato levato in Charweltun, ad nocumentum liberi tenementi ipsius